

Emendatio Lucianeae.

Lucianus in libro de historia scribenda, postquam simplex ac sincerum orationis genus commendavit, poeticum vituperavit, § 45 ita pergit: „κίνδυνος γὰρ ἀντῆ τότε (scil. τῇ ιστορίᾳ ὑπὲρ τὸν καιρὸν ἐνθουσιώσῃ) μέγιστος παρακινῆσαι καὶ κατενεχθῆναι ἐς τὸν τῆς ποιητικῆς κοριβάντα“. Quid hoc loco est κοριβάντα? Explicatur ἐνθουσιασμόν, sed haec significatio analogia prorsus caret. Conici posset κοριβαντιασμόν, nisi hic ad saltationes insanas, non ad poesin spectaret. Itaque emendavi lenissima mutatione δὲ ριβαντα, ut sententia haec sit: »gerathen sive verschlagen werden auf die Schaubühne der Poesie«. ποιητικῆς vero, non τραγικῆς scripsit Lucianus, quia etiam comoedi, rhapsodi, aliorumque poematum recitatores in theatris audiebantur (cf. Athen. ιδ 12 — 13). De ocribante (= scaena, proscaenium, suggestus), in quo actores versabantur cf. Wieselerum in encyclop. Halensi sect. I, vol. 83, p. 206 sq. Simili imagine Plutarchus utitur in morall. p. 405 d: „τὴν δὲ Πνεύμας φωνὴν καὶ διάλεκτον ὥσπερ ἐκ θυμέλης, οὐκ ἀνήδυντον οὐδὲ λιτὴν, ἀλλ' ἐν μέτρῳ καὶ δύκῳ καὶ πλάσματι καὶ μεταφορῷ ὄνομάτων“ et Lucianus ipse paullo antea (§ 22): „ώστε τὸ πρᾶγμα ἐοικός εἶναι τραγῳδῷ τὸν μὲν ἔτερον πόδα ἐπ' ἐμβάτον νψηλοῦ βεβηκότι“ κ. τ. λ.

Lipsiae.

G. Roscher.